

spectantur ea proelia ceu mari ipsi sibi irato, nullis
 sinu ventis, fluctibus vero ad anhelitus ictusque quos
 14 nulli turbines volvunt. orca et in portu Ostiensi vias
 oppugnata a Claudio principe. venerat tum exaedificatus
 eo portum invitata naufragiis tergorum advectorum e Gabi-
 satiansque se per complures dies alveum in vado sulae
 rat attumulata fluctibus in tantum ut circumagi nullo modo
 posset et, dum saginam persequitur in litus fluctibus im-
 pulsam, emineret dorso multum supra aquas carinae visus
 15 inversae. praetendi iussit Caesar plagas multiplices in
 ora portus, profectusque ipse cum praetorianis cohortibus
 populo Romano spectaculum praebuit lanceas congerens
 milite e navigiis adsultantibus, quorum unum mergi vidimus
 reflatu beluae oppletum unda.

16 (6) Ora ballaenae habent in frontibus, ideoque summa
 aqua natantes in sublime nimbos efflant. 7. spirant autem
 confessione omnium et paucissima alia in mari quae in
 ternorum viscerum pulmonem habent, quoniam sine aere
 spirare animal nullum putatur. nec piscium branchias
 habentes anhelitum reddere ac per vices recipere existi-
 mant quorum haec opinio est, nec multa alia genera etiam
 branchiis carentia, in qua sententia fuisse Aristotelem
 17 video et multis persuasisse doctrina insignibus. nec me
 protinus huic opinioni eorum accedere haud dissimulo
 quoniam et pulmonum vice alia possint spirabilia inesse
 viscera ita volente natura, sicut et pro sanguine est multum
 alius umor. in aquas quidem penetrare vitalem hunc ha-
 litum quis miretur qui etiam reddi ab his eum cernat et
 in terras quoque tanto spissiore naturae partem pen-
 trare argumento animalium quae semper defossa vivunt
 18 ceu talpae? accedunt apud me certe efficacia ut credam

1 ipsi Rd. -so a. -sa DF. 3 voluunt Rd². nolant d¹.
 8 sagma R. -nam DFa. 8 propulsa Rd. 10 nersae R.
 20 reddere v. reddi d. redditur r. reddituros (om. ac) com-
 Janus. 23 doctrinam a. | insignibus Url. vind. n. 189. cf.
 nov. luc. p. 95. indignibus DF. indigni//s R. indigni// d. in-
 daginibus a.v. 25 alia possunt R². possint alia d². alia pos-
 sint (-sunt R¹) alia r. 26 et a². om. r. 29 partem a
 artem r. 31 efficacia a² in ras. effici// d. efficia r.

omnia in aquis spirare naturae suae sorte, primum
 adnotata piscium aestivo calore quaedam anhelatio
 et has tranquillo velut oscitatio, ipsorum quoque qui sunt
 in adversa opinione de somno piscium confessio — quis
 sine respiratione somno locus? — praeterea bul-
 lationum aquarum sufflatio lunaeque effectu concharum quo-
 que corpora augescantia. super omnia est quod esse au-
 tum et odoratum piscibus non erit dubium, ex aëris
 tanque materia. odorem quidem non aliud quam in-
 tum aëra intellegi possit. quamobrem de his opinetur
 cuique libitum erit. branchiae non sunt ballaenis nec
 19 delphinis. haec duo genera fistula spirant quae ad
 pulmonem pertinet, ballaenis a fronte, delphinis a dorso. et
 oculi marini, quos vocant phocas, spirant ac dormiunt in
 terra. item testudines, de quibus mox plura.

8. (7) Velocissimum omnium animalium, non solum
 20 marinum, est delphinus ocior volucre, acrior telo, ac
 vel multum infra rostrum os illi foret medio paene in
 ventre, nullus piscium celeritatem eius evaderet. sed ad-
 huc moram providentia naturae, quia nisi resupini atque
 reversi non corripiunt, quae causa praecipue velocitatem
 eorum ostendit. nam cum fame conciti fugientem in vada
 non persecuti piscem diutius spiritum continuere, ut arcu
 emissi ad respirandum emicant tantaque vi exsiliunt ut
 aerumque vela navium transvolent. vagantur fere coniugia, 21
 pariunt catulos decimo mense aestivo tempore, interim et
 matros. nutriunt uberibus, sicut ballaena, atque etiam ge-
 rant fetus infantia infirmos. quin et adultos diu comi-
 tantur magna erga partum caritate. adolescunt celeriter, 22
 3 annis putantur ad summam magnitudinem pervenire.
 vivunt et tricenis, quod cognitum praecisa cauda in ex-
 perimentum. abduntur tricenis diebus circa canis ortum
 scrutanturque incognito modo, quod eo magis mirum est,

3 alias Dal. alia ll.v. 4 de a². sed r. | confessio v.
 no ll. 12 fistula ego. -lae ll. -lis v. 13 pertinet ego.
 est ll.v. 22 cum a² in ras. que r. 23 arcu Rv. -cum a².
 ce r. 24 emissi Rv. missi r. | tantaque vi a. -taque R². -ta
 quae r. 25 vagantur R². ag. R¹. //ag. d. oag. DF. vento aguntur a.

si spirare in aqua non queunt. solent in terram erigere
 pere incerta de causa, nec statim tellure tacta moriuntur
 23 multoque ocius fistula clausa. lingua est iis contra natura
 ram aquatiliam mobilis, brevis atque lata, haud differens
 suillae. pro voce gemitus humano similis, dorsum repensum
 dum, *rostrum* simum. qua de causa nomen simonis omnino
 miro modo agnoscunt maluntque ita appellari.

24 (8) Delphinus non homini tantum amicum animal, sed praesertim
 rum et musicae arti, mulcetur symphoniae cantu, *sed* praesertim
 pue hydraulici sono. hominem non expavescit ut alienum, et
 viam navigiis venit, adludit exultans, certat etiam et quae
 25 vis plena praerit vela. divo Augusto principe Lucrimum
 lacum invecus pauperis cuiusdam puerum ex Baiano Puteolos
 teolos in ludum litterarium itantem, cum meridiano immo-
 rans appellatum cum simonis nomine saepius fragmentum
 panis quem ob iter ferebat adlexisset, miro amore dilectum
 pigeret referre, ni res Maecenatis et Fabiani et Flavii
 Alfi multorumque esset litteris mandata. quocumque die
 tempore inelamatus a puero quamvis occultus atque abs-
 ditus ex imo advolabat pastusque e manu praebentis
 ascensuro dorsum, pennae aculeos velut vagina condensum
 receptumque Puteolos per magnum aequor in ludum fere-
 rebat simili modo revehens pluribus annis, donec morbo
 extincto puero subinde ad consuetum locum ventitans
 tristis et maerenti similis ipse quoque, quod nemo dubi-
 26 taret, desiderio exspiravit. alius intra hos annos Africae
 litore Hipponis Diarruti simili modo ex hominum manu
 vescens praebensque se tractandum et adludens nantibus
 impositosque portans unguento perunctus a Flaviano pro-
 consule Africae et sopitus, ut apparuit, odoris novitate
 fluctuatusque similis exanimi caruit hominum conversatione

1 aqua om. R. 6 rostrum v. om. H. 8 homini Gel. -nis H.
 9 set DFa. et Rdv. 11 adluit FRa¹. alluit d.
 13 Puteolos v. -lis H. 14 itantem v. stan. H. 14 im-
 morans v. memo. H. 16 ob iter Ianus. obiter H. ob
 id v. 17 Fabiani Pint. d(?). flavianus H. cfr. Solin. 12, s.
 26 in africa a²v. sed cfr. § 63. 68. 27 Diarrhyti Barb.
 diarutis H.

inalaria fugatus per aliquot menses, mox reversus in
 eodem miraculo fuit. iniuriae potestatum in hospitales ad-
 ventum venientium Hipponenses in necem eius compule-
 27 runt. ante haec similia de puero in Iaso urbe memo-
 rantur, cuius amore spectatus longo tempore, dum abeuntem
 in litus avide sequitur, in harenam invecus exspiravit.
 eorum Alexander Magnus Babylone Neptunio sacerdotio
 consecit amorem illum numinis propitii fuisse interpreta-
 tum. in eadem urbe Iaso Hegesidemus scribit et alium
 eorum Hermian nomine similiter maria perequitantem,
 cum repentinae procellae fluctibus exanimatus esset, rela-
 tum, delphinumque causam leti fatentem non reversum in
 maria atque in sicco exspirasse. hoc idem et Naupacti 28
 didisse Theophrastus tradit. nec modus exemplorum.
 eodem Amphilocho et Tarentini de pueris delphinisque
 narrant. quae faciunt ut credatur Arionem quoque citha-
 raedicae artis, interficere nautis in mari parantibus ad-
 interceptiendos eius quaestus, eblanditum ut prius caneret
 cithara congregatis cantu delphinis, cum se iccisset in
 mare, exceptum ab uno Taenarum in litus pervectum.

(9) Est provinciae Narbonensis et in Nemausiensi agro 29
 magnum Laterna appellatum, ubi cum homine delphini stato tempore
 potestate piscantur. innumera vis mugilum stato tempore
 augustis faucibus stagni in mare erumpit observata aestus
 reciprocatione. qua de causa praetendi non queunt retia
 neque moles ponderis ullo modo toleretur, etiamsi non
 collertia insidietur tempori. simili ratione in altum pro-
 ceptus tendunt quod vicino gurgite efficitur, locumque solum
 laudandis retibus habilem effugere festinant. quod ubi 30
 animadvertere piscantes — concurrat autem multitudo

2 potestatum v. -tem H. 12 causam v. -sa H.
 13 exspirasse v. spir. H. 15 eademque d. an eadem nam-
 que vel enim? | et R. in d ras. om. r. 17 in R². om. r.
 18 nemausiensi dv. -se DFa. nemausiense R. 22 laterna a²v.
 terra d². -era rv. 26 neque ego. aequae H. | moles a.
 sem r. | ullo ego. nullo H. v. an namque . . nullo? | toleretur
 omi. Sill. tolletur R. toleratura a² in ras. tolerant d¹. toler d².
 tolleretur r. 27 insidiaretur dT. 28 quo DFa. 29 pan-
 dendis d. -tis DRa. -tes F. | rebus DFR¹.

temporis gnara et magis etiam voluptatis huius avida
 totusque populus e litore quanto potest clamore concito
 simonem *in* spectaculi eventum, celeriter delphini exaudire
 desideria aquilonum flatu vocem prosequente, austro
 dius ex adverso referente. sed tum quoque inproviso
 31 auxilium advolant. prope apparet acies quae protinus
 disponitur in loco ubi coniectus est pugnae. opponunt
 sese ab alto trepidosque in vada urgent. tum piscatores
 circumdant retia furcisque sublevant. mugilum nihilominus
 velocitas transilit. at illos excipiunt delphini et occidunt
 32 ad praesens contenti cibos in victoriam differunt. opera
 proelium fervet includique retibus se fortissime urgentes
 gaudent ac, ne id ipsum fugam hostium stimulet, inter
 navigia et retia nantesve homines ita sensim elabuntur ut
 exitum non aperiant. saltu, quod est alias blandissimum
 iis, nullus conatur evadere, ni submittantur sibi retia
 egressus protinus ante vallum proeliat. ita peracta cap-
 tura quos interemere diripiunt. sed enixioris operae quam
 in unius diei praemium conscii sibi opperiantur in poste-
 rum, nec piscibus tantum sed et intrita panis e vino sa-
 tiantur.

33 (10) Quae de eodem genere piscandi in *Iasio* simo-
 Mucianus tradit hoc differunt, quod ultro neque incla-
 mati praesto sint partesque e manibus accipiant et summa
 quacque cumba e delphinis socium habeat quamvis nocte
 et ad faces. ipsis quoque inter se publica est societas.
 capto a rege Cariae alligatoque in portu ingens reliquorum
 convenit multitudo maestitia quadam quae posset intelli-
 giserationem petens, donec dimitti rex eum iussit. quin-

3 simone R. | in ego om. II. ad v. *Ianus inseruit in post*
 spectaculi. 4 flatu a²d². -tum r. | austro vero a²v.
 6 prope v. -perare Ra. -pararet F¹. -perat et dT. -peraret
 DF². 7 pugnae *Pellicerius. codd. Hard. (?)* -nam dT. -na r.
 | opponente a¹. -nente a². 12 se retibus R. 14 natan-
 tesue Rd. 15 exitus a. | aperiant R¹T. apperiant DF²d². ap-
 pareant R¹a². apparent a¹. 18 quos a². equo d. quo r.
 22 *Iasio Barb.* lacio d. latio r. 23 ultro d. -tra r. 25
 cumba a². cumba DF. cuma a¹. cum/// R. cum heq d. 26
 ad a². om. r. 28 posset v. -sit II.

parvos semper aliquis grandior comitatur ut custos,
 aspectique iam sunt defunctum portantes, ne laceraretur
 veluis.

9. (11) Delphinorum similitudinem habent qui vocan- 34
 thursiones. distant et tristitia quadam aspectus, ab-
 enim illa lascivia, maxime tamen rostris canicularum
 deficientiae adsimulati.

10. (12) Testudines tantae magnitudinis Indicum mare 35
 mittit uti singularum superficie habitabiles casas integant
 que inter insulas Rubri praecipue maris his navigent
 ambis. capiuntur multis quidem modis, sed maxime eve-
 ne in summa pelagi antemeridiano tempore blandito, emi-
 nente toto dorso per tranquilla fluitantes, quae voluptas
 huius spirandi in tantum fallit oblitis sui ut solis vapore
 percato cortice non queant mergi invitaeque fluitent op- 36
 fortunae venantium praedae. ferunt et pastum egressas
 lectu avidaeque saturatas lassari atque, ut remeaverint ma-
 tino, summa in aqua obdormiscere. id prodi stertentium
 venitu. tum adnatate . . . leniterque singulis ternos.
 duobus in dorsum verti, a tertio laqueum inici supinae
 que ita *ad* terram a pluribus trahi. in Phoeniceo mari
 quod ulla difficultate capiuntur, ultroque veniunt stato tem-
 pore anni in annem Eleutherum effusa multitudine.

Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti 37
 asperna parte inferiorem claudente pyxidum modo. in
 mari couchyllis vivunt — tanta oris duritia ut lapides com-
 minuant — in terram egressae herbis. pariunt ova avium
 avis similia ad centena numero, eaque defossa extra aquas
 et cooperta terra pavita pectore et complanata incubant
 noctibus. educunt fetus annuo spatio. quidam oculis

5 quadam R². quidam R¹. quidem r. | aspectus a²v. -ecta-
 tus r. 9 ut in R. 16 pastu DF²d². 19 lacunam ego in-
 dicavi, *excidit* caute vel tale quid. | leniterque a. levi- r. le-
 viter con. *Hard.* 21 ad terram *edd. ante Hard. cfr. Diodori*
 III 21, 4 ἐπι τὴν χέρσον. et (e d) terra II. 26 tanta —
 comminuant *Ianus* et *Decl. cum Sill. transposuerunt in v. 25*
 post modo; at v. *Arist. h. a. VIII 2 p. 590 B, 3 sq.* 29 pa-
 vita ego. ac pavita II.v.